

Heinrich Dringenberg

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hinricus Dringenberg/ Phil.
Moral. Profess. ac Facult. suae in praesens Decanus Ad exequias, Quas Coniugi
suae desideratissimae Christinae Knesebecken/ ... Superstes maestissimus
viduus Dn. Joachimus Röpert/ Scholae Oppid. Collega eximius, paratas cupit,
Omnium ordinum Cives Academicos officiose invitat, serioque hortatur**

Rostochii: Kilius, [1664]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771564384>

Druck Freier  Zugang



Dringenberg. H.,

in C. Knesebeck.

uxor. J. Röpert.

R. 1664.

Petrus Knesebeck Sara Barnew

Gasparus Richter Sara Kölflow.

Hinrich Knesebeck

Kaufmann zu Rostock.

Sophia Richter

Christina

* 24.5.1636. + Nov. 1664. □ 11./11. 1664 zu St. Nikolai in Rostock

⚭ 1662 Joachim Köper, Schulcollegen [Lehrer] in Rostock.

Zoachim Köperich

* Rostock 12.1663

+ als Kind gestorben

Zwillinge

Margarita Sophia
* 6.11.1664 Rostock.

Anna Catharina
* 6.11.1664 Rostock



der Stammbaum
nach diesem Lernprogramm.

(R. 24/4. 1920)
Dr. Sch.

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HINRICUS Dringenberg/
Phil. Moral. Profess. ac Facult. suæ in
præsens DECANUS
Ad exequias,
Quas
Conjugi suæ desideratissimæ
CHRISTINÆ
Renebecken/
Ornatissimæ FÆMINÆ,
Superstes mæstissimus viduus
DN.
JOACHIMUS Röpert/
Scholæ Oppid. Collega eximius,
paratas cupit,
Omnium ordinum CIVES
ACADEMICOS officiosè invitat,
serioque hortatur.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

Sicut omnia DEI opera magna profecto sunt, summaq; admiratione dignissima; tum haud scio, an post redemtionem & sanctificationem nostri, ullum sit admirabilius conjugio, quod in legitimâ & indissolubili unus maris & unius Fœminæ conjunctione ipse ordinavit & sancivit ad conservationem & propagationem generis humani adhuc integri, & ad devitandas libidinum confusiones, ejusdem in peccatum prolapsi: ut inde caslam DEUM mentem esse agnosceremus, eidemq; in sanctimoniam ac castitate serviremus: quin & onera domesticæ gubernationis tantò commodius exantlaremus. Hujusce boni amplitudinem spectandam nobis proponit Scriptorum omnium, quotquot unquam fuere, antiquissimus, Deoq; familiarissimus MOSES, & non suo quidem, sed ipsius SPIRITUS, per quem locutus est, ore, cuius utiq; consilium & decretum refert antè, quam ex costâ viri conditæ mulieris historiam describat; tandemq; conjugii institutionem huic ipsi subnectit. Postquam enim commemorarat, in omni genere animantium, sive in terris ambulantium, sive in aëre volitantium, paria fuisse, soli viro Comparem defuisse, huncq; defectum ad conservandam speciem noxiū summoperé visum fuisse Opifici; confessim addit divinus maximè Scriptor, statuisse eundem dare ei auxilium, & quidem tale, quod foret

1800 T. 5. A. 1112. C. 1. V. 1. 11307291

foret tanquam coram ipso : quā phrasi, Spiritui S. peculiari, præter substantiæ similitudinem, denotare voluit individuam vitæ societatem & cohabitationem amabilem , hujusq; ducem ac perpetuos comites. Dux imò parens est amor & benivolentia mutua, quæ facit, uti uxor mariti conspectum amet & exoptet, & maritus Uxoris vicissim. Comites sunt fides sincera, ut conjuges sint iidem absentes qui præsentes ; ut una anima in duobus quasi divisa corporibus videatur; ut utrisq; voluptas ex conspectu amabili & fide minimè fucatâ emergat, unâ cum utilitatibus & commodis innumeris, quæ alter alterius ope capiat tamen in bonis, corporalibus æquè ac spiritualibus, procurandis, quam averruncandis malis. Quā ergo ratione ab animo suo, nē doleat, impetrabit maritus, cùm jacturam tanti fecit thesauri, Uxor? quam gemmis & margaritis longè nobiliorem Regum pronunciavit sapientissimus. Ille quidem Terentianus Senex fortunatum se putat, & gratulatur sibi veluti, quod nunquam uxorem duxerit domum. Alius nescio quis, inscribi monumento suo, tanquam magnum aliquid & singulare jussit, uxorias molestias se nunquam persensisse. Collineat hoc illud etiam Poëta :

Uxor marito dat duos dies dulces :

Cum Sponsa nubit, cumq; funus effertur.

Nec absolum aut absimile multum illud est Comici;

His legibus si quam dare vis, ducam; quæ

Cras perierat, perendiè foras feratur.

X²

Qua

Quasi verò aut credi magnoperē oporteat, pronunci-
anti eā de re, in quā periculum fecisset nunquam; aut
si quid molestiæ aliquando & dividiæ ex suis uxoribus
suboriatur, id sibi ipsi haud in frequenter suāpte cul-
pā aut morositate concinnet mariti; quanquam dum
hoc ita candidè fatemur, inficiari simul illud; etiam
non possumus, permultos illarum esse, in quas illud
Plautinum conveniat verè:

Heus herclè Mulier & audax & mala es!

Parentum sc. vomicas ac carcinomata, gentis suæ maculas
atq; opprobria, maritorum flagra, cruces, pœnas, dolores,
imò infernum ipsum. Nos verò ita habemus omnino, vix
posse majorem felicitatem homini masculo contingere,,
quām si probam suiq; amantem conjugem nanciscatur.
Qualis exemplum si nobis proponendum sit, nescio sanè,
an ullum temerè luculentius aliud, ac suis partibus perfe-
ctius inveniri queat, quam CHRISTINA KNESBECKIA
hactenùs præbuit; Cui egregia Fœminæ hodiè solennia exe-
quiarum exolventur. Ita enim illis rebus omnibus, quæ
summam in isto sexu conficere laudem solent, præstigit in-
structaq; fuit, uti superfuisse aliquid potius, quām defuisse ei
videatur. Quod ut eò appareat clariùs, operæ fuerit
quæ ad vitam moresq; Fœminæ pertinent, quin ad mortem
etiam præclarè obitam spectant, compendio porrò expo-
nere; si non laudandi, saltem erudiendi gratiā. Quando
optimum instituendi genus est, exemplis docere. Nata igitur
Anno currentis seculi XXXVI. die 14. Maj. Patre HINRICO
Knesbeck / Cive Urbis nostræ ac Negotiatore primario; Ma-
tre verò SOPHIA Richfers / singularis exempli, inusitatæ q;
virtutis Fœminâ. Avum Paternum habuit Virum ac Civem
honestissimum PETRUM Knesbeck; Aviam Paternam, Or-
natissi-

natissimam SARAM Barnowen. Avus Maternus extitit eximus Vir CASPARUS Richter; Avia Materna, SARA Kolzowen singulare sexus sui ornamentum ac decus. Ex his parentibus cum prodisset, vix potuit carere eam morum sanctitate, & virtutum excellentia, quae in ipsis ante probata fuerat. Enim verò poma etiam stirpis atque originis suæ referrunt indolem: In juvencis quoque; ac equis notatur plerumque parentum virtus. Apud Tragicum Ilysses:

Generosa in ortus semina exsurgunt suos.

Quod etsi non raro fallere solet, in NOSTRA tamen longè suit vetissimum. Nam pietatis studio nil solebat habere antiquius, nec ullâ magis re aliâ delectari, quam sacris ἀνθρώπαισ. Pudoris autem atque; integritatis ita habebat rationem, ut nulla puellarum eam superioribi videretur. Removebantur omnia irritamenta, quibus cæteroquin in existiales scopulos ceream ætatem non nunquam abripere laborant Urbanæ Sirenes. Non, ut puellarum quarundam mos est, per plateas circum vagabatur, aut in publicum identidem procurrebat; sed domi residendo acum radiumque; solerti industriâque; manu versabat: atque; interim & fructuosâ illâ rei familiaris scientiâ materno ductu animus imbuebatur. Quibus ipsis rebus factum est, ut apta nuptiis & potens viri, conditionem admodum facilè inveniret. Nam qualvis oris venustas quoque; & formæ excellentia, quam mirificè polluit, multum illiciant invitentque; pulchritudo tamen animi virtutisque; majestas magis percellit pectus ac commovet, suique; amore flagrare facit. Itaque; xxvi, admodum annorum, in matrimonium tradita est Eximio Præstantissimoque; VIRO, DN. JOACIMO Röperf / Scholæ oppid. Collegæ fidelissimo; cum quo ita vixit, uti omnes bona uxoris numeros facilè impleret. Nequè enim aut majore fide, amore, studio, curâ complecti ulla alia maritum possit, quam

ipsa fecit; sicut & maritus nihil magis studebat, quam ut tantæ indolis conjugem omni amoris ac benivolentiae generе prosequeretur. Cæterum non pacatus tantum ac concors, sed nec liberis etiam ille torus fuit. Enim verò natus in eo superioris Anni 7. Decembr. Filiolus, cui JOACHIMI-HINRICI nomen contigit; quem quidem non diu superstitem, sed bimestrem tantum recipere ad se continuò voluit is, qui dederat; sine dubio, ne in pejus quotidiè ruentis leculi vitiis irretiretur. Hujus ipsius Nov. Mensis die 6. priorem quasi jacturam duplo fertura NOSTRA, geminas maritò peperit, alteram MARGARITAM SOPHIAM; alteram ANNAM-CATHARINAM; utramq; vivam etiamnum, atq; incolumem. Dici hic ac scribi satis nequit, quanto perè exultarit, gratulataq; sibi VIROq; sit alma mater, quod tam feliciter utramq; prolem prospereq; intervallo admodum minuto, edidisset. Hic nil nisi triumphos ac jubila; hic nil nisi inclamari audisses: Nun dancket alle G. Ott/ der grosse Dinge thuet / &c.

Sed ita ferè in mortalitate hac vivitur:

Sijam fortè sit, quod gaudeas; è vestigio & ante, quam opineris, subsequitur, quod dolendi suppeditet tristandiq; materiem. Scilicet ut mare inquietum est semper, & stare nequit; sic perpetuo fluxu ac refluxu feruntur hominum res, atq; hoc solum in iis certum est, quod nihil insit certi. Permutantur latis tristia, & sic quid optatius quandoq; contigit, mox illud exterit dolor aliquis & casus, qui pro hesternâ jucunditate hodiè meram nobis propinet amaritudinem. Ecce quæ pridiè præ gaudio quasi exiliebat PUER-PERA, postridiè tristia omnia præferre, inq; morbum inopinum gravissimumq; implicari adeò visa est, uti jam omnis planè latitiae oblita, nil nisi nigram ante oculos mortem cerneret. Maximus vatum ac DEUS quasi quidam eorundem, partus

partus labores doloresq; defixo in visceribus telo tām aptē
ac verē comparavit, uti Græcæ Mulieres, sicut Plutarchus au-
tor est, versuseos nō ab Homero, sed Homeride aliquā, quæ aut
peperisset jam antē, aut etiam num pareret, & acutissimos
illos simulq; acerbissimos sentiret dolores, scriptos esse di-
cerent. Sanè quidem omnia, quæ requirebat natura mor-
bi, & ægrotantis conditio admissura videbatur, adhibeban-
tur remedias; nihilq; prorsus Experientiis. & Excellentiss.
DN. JOANNES BACMEISTERUS, Med. D. Prof. & Poli-
ater, Collega amicissimus, relinquebat eorum, quæ resti-
tuendæ PUERPERÆ crederentur factura; sed nullā ope hu-
manā expugnari malum potuit, ut quod vel momento in-
credibiles sumeret vires, foretq; omni medentium industriā
potentius. Igitur quūm actum jam de īe esse intelligeret,
confugit ad eum, qui minimē frustraretur, aut spe inanem
abire permetteret. Quem tantā profectō animi fiducia Ad-
jutorem invocavit, uti mirari meritō lubeat, in ipsis jam
quasi mortis faucibus constitutæ, tām infractum mentis ro-
bur, tantamq; πληροφορίας adfuisse. Inter alias his usam
identidem vocibus fuisse accepimus: O J̄esu mein Erlö-
ser / erhöre erhöre! Ir. Herr J̄esu dir lebe ich / dir sterbe ich / Ecce
Expetiit verò etiam uti Confessionarius Vir pl. Reverendus
& Excellentiss. DN. ENOCHIUS SVANTENIUS, S. Theol.
D. atq; Archidiaconus Jacobæus per tot jam annos cla-
rissime meritus, Fautor & amicus noster singularis, ad se
veniret. Qui non diu cunctatus etiam confessim adfuit, sed
cūm intelligeret, rem valetudinis prorsus jam esse despe-
ratam, nec linguae amplius adesse vel usum vel beneficiū, sal-
tim benedixit morituræ, acclamavitq; quæ ad constanti-
am, inq; fide Christianā petseverantiam incitarent. Ipsaq;
eapte die (8. erat Novembr.) circa 2. pomerid. beatissimē
fato suo functa est, placidèq; in DOMINO obdormivit.

Tu

Tu casum feres, MARITE, ac pro solamine ipsum habebis
DEUM. Neq; enim inter mortales temerè etit, isthoc in te
officio defuncturus. Adeò grande tibi inflictum vulnus est,
uti cicatricem obducere nemo, nisi ille possit, qui infixit.
Bellè cæteroqui TUA & ab omni parte feliciter habet, fun-
cta tot laboribus atq; molestiis, quibus nos quotidiè, tanquā
vallo quodam, circumcingimur. Nos quæ nostrarum par-
tium fuerint, minimè negligemus, frequentesq; (si fortè
vel ea etiam res conferre quicquam ad leniendum dolo-
lorem possit) in tam eximio funere comparebimus. Ut
itaq; CIVES ACADEMICI, pro exequendā istā fini justo
vos hodie numero, debitāq; modestiā sistatis, etiam at-
que etiam hortamur. Est enim pietatis id atq; benivo-
lentia genus ita comparatum, uti ordinem cum
primis vestrum deceat, cuius præcipuam lau-
dem humanitatis esse studium, certissi-
mum est.] VALETE.

P.P. Sub Sigillo Rectoratus, die XI. No-
vembr. Anno M. DC. LXIV.

Convenietur in Aede Jacobæa
Horâ I.



GUSTAV KOCH
Büchbinderei
ROSTOCK.




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771564384/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771564384/phys_0015)

DFG

partus labores doloresq; defixo
ac verè comparavit, uti Græcæ M.
stor est, versus eos nō ab Homero,
peperisset jam antè, aut etiam n.
illos simulq; acerbissimos sentir
cerent. Sanè quidem omnia, c.
bi, & ægrotantis conditio admis
tur remedia; nihilq; prorsus E.
DN. JOANNES BACMEISTE
ater, Collega amicissimus, reli
tuendæ PUERPERÆ crederent
manā expugnari malum potuit
credibiles sumeret vires, foretq;
potentius. Igitur quūm actum
confugit ad eum, qui minimè si
abire permitteret. Quem tant
jutorem invocavit, uti mirari
quasi mortis faucibus constituta
bur, tantamq; πληγοποιίας adfu
identidem vocibus fuisse accepi
ser / erhöre erhöre! N. Herr Jes
Expedit verò etiam uti Confess
& Excellentiss. DN. ENOCHUS
D. atq; Archidiaconus Jacoba
rissime meritus, Fautor & ami
venirēt. Qui non diu cunctatu
cūm intelligeret, rem valetudi
ratam, nec linguæ amplius adesse
tim benedixit morituræ, accla
am, inq; fide Christianā petsev
eapte die (8. erat Novembr.) ci
fato suo functa est, placidèq;



us telo tām apte
ut Plutarchus au
le aliquā, quæ aut
, & acutissimos
, scriptos esse di
ebat natura mor
itur, adhibeban
& Excellentiss.
. D. Prof. & Poli
orum, quæ resti
sed nullā ope hu
el momento in
entium industriā
esse intelligeret,
, aut spe inanem
animi fiducia Ad
eat, in ipsis jam
ctum mentis ro
r alias his usam
Jesus mein Erlö
dīr sterbeich / Et
er pl. Reverendus
NIILS, S. Theol.
jam annos cla
singularis, ad se
festim adfuit, sed
jam esse despe
el beneficiū, sal
x ad constanti
nacitarent. Ipsaq;
erid. beatissimè
O obdormivit.
Tu